

Rozprawy

do panowania Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynows. za 5 zł.

17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

23 *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29. *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30. *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes orbis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1661. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. P ę k a l s k i Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epis. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. P e t e r e k Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, przez J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl.) br. —

1775. P e t r i c i u s Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)

b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. P i a s e c k i Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str.) br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracoviae 1635. 4to. (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac pten-
1 tiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungaiae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, uid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7 g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmann Johann 8 h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 168. (str. 19)

9 i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Ept. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Ponan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Od. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 163. (str. 4)

11 l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elet. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Polonie et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Princips. et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmann Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

CIRCA PACEM RELIGIOSAM

FICTA, UERAQUE PROPOSITIO

in

Epist. ad D. BARONEM

&c. 22. Febr. 1661.





ria propon
fidem fac
gligendu
quicunqu
dem illuc
pisq; pub
riorum Pr
ratem Ro
tum esse e
auctor ill
hæc ipsa i
(unde d
alios hau
sa, ut Lu
civitate
Ecclesi



POstquam anni elapsi mense septembri legi primum illud scriptum, quo narratur Eminentissimus Archiepiscopus & Elector Moguntinus concoraiam, & unitatem partis Lutheranæ cum Ecclesiâ Catholicâ, exclusis Retormatis, procurare, eumque in finem varia proponi; existimavi id eius generis esse, quod nullis fidem faceret, apud nullos fidem inveriret, adeoq; negligendum potius, quàm reprehendendum Authorem, quicunque ille fuisset. Audiens verò non ita pridem, idem illud scriptum in multorum manibus versari, typisq; publicatum avidè legi, & non tantùm ad aulas variorum Principum pervenisse, sed etiam ad ipsam civitatem Romanam penetrasse, operæ prætium me factum esse existimavi, si Ill.ma D. V. explicarem, unde auctor ille occasionem sumpsisse videatur, rogans ut hæc ipsa informatio D. D. Deputatis Francofurti & aliis (unde dicitur provenisse) innotescat, inde enim ad alios haud difficulter perveniet. Contigit æstate elapsâ, ut Lutheranus quidam, non infimæ conditionis, in hac civitate graviter deploraret divisionem Lutheranorũ ab Ecclesiâ Catholicâ, & sponderet de reditu communi-

tatis, cuius pars erat, ad unitatem Ecclesiæ catholicæ, siquidẽ sola cõmunio sub utraque specie ipsi petenti indulgeretur. Cũq́; aliundè constaret, plurimis Lutheranis eãdem mentẽ esse, visum est & mihi, & aliis nõnullis, ut de modo impetiandæ & cõcedendæ eiusmodi indulgentiæ cõsultaretur. Hoc postquã innotuit, varios perperit inter Lutheranos sermones, plurimisq́; civiliter bonis, & schisma luctuosum plangentibus, pergratũ fuit, rem eam in considerationem venisse. Ex his, & quæ contigerunt aliis similibus, necdum propalandis, existimo Auctorem scripti illius occasionem sumpsisse evulgandi, quæ sine nomine evulgavit. Qualiscunq́; sit Auctor, de cuius nomine, & qualitatibus nemo merito sis sollicitus, debuisset & bonæ famæ magni principis perpercisse, & toti mundo tot falsitates, quod illud scriptum continet, tanquam indubitatas veritates non obtrusisse; quas leves corde falicè crederent, detractionibus dediti facilè divulgarent, veritatis amantes per solam assertionem contrarii, difficulter apud omnes refellerent. Sufficeret quidem dixisse, Auctorem illum sibi persuadere non potuisse, quæ aliis voluit persuasa, adeoq́; virum bonum non fuisse, qui reluctante conscientiâ, tot falsitates, cum præiudicio proximi disseminavit, cui pro debito honore vilipendium, pro obsequio promerito contemptum procurare conatus est apertissimis suis falsitatibus, ideoq́; minus nocivis, quia apertissimis, quemadmodum breviter demonstrabo. Cum verò nec villicus iniquitatis, suâ laude in Evangelio destituatur, parum æquus viderer, nisi & in Auctore illo, quod commendandum est, commendarem. Laudo virum, quod putaverit partem Luthnranam ad unitatem Catholicam redire, ramum præcisum rursus inseri, palmitem instar levis paleæ vento deflu-

defluentem areſcentemq́, ad ſalutarem vivificumq́; ſuccum è radice vitis participandum poſſe reſtitui. Niſi enim idipſum ſibi perſuaſiſſet, præſumo, ex Iudicio charitatis, quam illi ut homini debeo quod nunquam iſta ſcripſiſſet. Atqui hocipſum non modicum bonum eſt, poſſibilem credere prioris unitatis redintegrationem, ſchiſmatis emendationem, diſciplinæ reſtitutionem, fidei elucidationem, charitatis perfectionem, quæ quidem omnia dum vniverſis perſuadet, laudem meretur, à nemine prudente ipſi denegandam. Quantumvis enim Auctor ea media proponat, quæ conſiderationem non mereantur, commendabilis tamen foret, quod ea ipſa proponat, ſi alienæ famæ præiudicium non feciſſet, & facta à notoriâ veritate aliena non allegaſſet. Sed nos ipſos errores, licet graves, nolo malitiæ deputare, potiusq́; præſumo, alium modum eum Auctorē non perſpexiſſe, quo magnis & minoribus negotium illud ab Em.[mo] Electore præ cœteris tractandum eſſe perſuaderet. Ita & mediatorem inſinuat, quem Catholici & Lutherani iure meritiſſimo venerentur, & licet inconvenientia proponat media, eo tamen ipſo alios excitat, qui meliora ſuggerant, forte nolens animi ſui ſenſa initio promere, ut ea poſt aliorum audita media utilius patefaciat. Optarem me universa eius dicta ſic explicando poſſe mitigare, ut vel nullum crimen, vel modicum crimen in iis appareret; ſcio enim me eius Iudicem conſtitutum non eſſe, & qualiſcunq́; tandem ſit, me ipſi charitatem debere. Explicabo igitur 1. errores facti iſtius Auctoris, vel fictiones. 2. dicam aliquid de propoſitis ab ipſo mediis, 3. Conabor ſuggerere modum terminandi ſchiſma.

Dicit: *Seren. Elector Mogunt. in tractatu pacis generalis Monaſterienſis benè operatus eſt, iam ſedulo intendit unire*

Catholicos & Evangelicos in puncto Religionis, in quem finem D. Elector Dnn. de WALDERDORFF Romam ad Pontificem misit, mediaq; proposuit ad uniendam totam Christianitatem, quod antehac multæ hominum milliones, aqua, igne, & gladio miserè perierint, in quem finem uterq; Ecclesiasticus Elector Coloniensis & Trevirensis, necnon Principes Hassiæ & Darmstadianus ei adiutorio erunt, Hispania & Gallia videntur etiam eò inclinari, imò & ipse Papa idem intendit, & Iesuitæ Romani suum præstiterunt consensum. Sequentes articuli sunt concepti.

Si Princeps Elector Moguntinus, si alii Principes Reges, si Pontifex, si Iesuitæ Romani intendunt revocare errantes ad veritatem, schismaticos ad unitatem, laudabiliter agunt, quod eos pridem egisse neminem latet. Sed Principem Electorem Moguntinum misisse eum in finem Dnn. de WALDERDORFF ad Pontificem fictio est; Principem Moguntinum per ipsum preposuisse media ad uniendam totam Christianitatem, altera fictio est. Articulos quos Auctor dicit esse conceptos Principi Moguntino ante hæc somnia fuisse notos, vel qualitercunq; visos, aut auditos, gravissima iniuria est. Quod addit de adiutorio Electorum Ecclesiasticorum, Principumq; Hassiæ & Darmstadino ad fictiones pertinet. Inclinatio Hispaniæ & Galliæ, uti & intentio Papæ, & consensus Iesuitarum, meram divinationem continet.

1. *Habebitur synodus consistens ex utriusq; partis hominibus viginti quatuor, qui primò præstabunt iuramentum calumniæ, ipsisq; proponetur pœna temere litigantium, quicunq; non servaverit modestiam, discretionem, & decorem mox declarabitur incapax assessoriatus.*

Formam talis synodi aliquando in Ecclesia primitivâ servati optarem videre, neq; enim huiusq; mihi contig

tigit invenire. Quid autem moveret Catholicos ad eam novitatem? Collationes habuit S. Augustinus, & episcopi catholici cum Donatistis schismaticis; disputarunt S. S. Patres cum variis sectariis: sed nunquam consenserunt, ut in synodo catholici cum schismaticis, vel sectariis pari numero sederent.

Superius seculum, ferax novitatum, in Sendomiriensi cōventu, vidit Lutheranos, Helvetios & Waldenses: quo successu, eventus monstravit.

II. *Prædicti viginti quatuor, semotis affectibus & passionibus antiquiora congregabunt S. Scripturæ exemplaria, atq; ex illis examinabitur Pontificium Breviarium & Augustana Confessio de articulo in articulum, an conveniant cum sacrâ scripturâ, & quod plures voces concludent approbabitur & acceptabitur.*

Hic apparet Auctoris magna inscitia: ponit enim pro fundamento examinandum esse Pontificium Breviarium & Augustanam Confessionem de articulo in articulum, quasi Pontificium Breviarium esset professio fidei Catholicæ, & concilium aliquod Generale, quod de articulo in urticulum posset examinari.

Nunquam totus christianismus, vel catholici & schismatici, submiserunt suam fidem viginti quatuor assessoribus ex utraq; parte congregatis.

Nihil etiam potest Catholicis magis alienum â ratione proponi. Qui enim hucusq; crediderunt Concilia Generalia ex multis Episcopis, Virisq; doctis congregata, juxta apertissimas promissiones divinas, dirigente spiritu Sancto, ab erroribus servari immunia: Qui sciunt omnes Lutheranos hucusq; docuisse, nulla concilia, etiam Generalia, habere divinitus promissionem non errandi: quâ ratione possent sibi persuadere, viginti quatuor Asesso-

sessores semi-partitos non errare, eorundemq; decision salutem suam æternam, vel damnationem æternam committeret? siquidē seriò agat ille Auctor, adferat pro hac parte aliquod fundamentum. Quomodo Catholicis persuadebit, Lutheranos velle acquiescere decisionibus synodi istius semipartitæ, qui volunt & generalium conciliorum decreta examinare, & pro conscientiâ cuiusvis reprobare? At verò siquidem Lutherani in hac parte à doctrina sua parati sint recedere; quanto iustius fuerit ut Saluberrimis definitionibus Generalium concilior se submittant; quàm ut inaudito usq; ad hoc tempus exemplo semipartitæ synodi definitionibus acquiescant Vult ille examinari articulos fidei ad scripturam, & iuxta scripturam eos acceptari vel reijci: nec tamen advertit nullibi scripturam dicere, tale examen, talemq; decisionem per synodum semipartitam esse faciendam. Ostendat hoc primum in scripturis divinis, vel firmet praxi primitivæ Ecclesiæ, antequam fictiones suas toti mundo sub cuiusvis nominis velamine obtrudat.

III. *Missa Catholica ubique habebitur Germanice vel in cuiusq; provinciæ lingva propria & prædicti viginti quatuor sine passionibus deliberabunt, quomodo in puncto Missæ Catholici cum Lutheranis sint concordandi, ut habeantur in ratione orationis horariæ.* Quis Catholicus unquam proposuit quod hic narratur? cur viginti quatuor Assessores, qui articulo præcedenti ponuntur iudices, transformantur in solos mediatores, potestate decidendi exutos? Quis è nostris unquam somniavit, Missam habendam in ratione orationis horariæ, abrogato scil. omni sacrificio, quod liquidum fundamentum habet in utroq; testamento & apertissimo antiquæ Ecclesiæ testimonio roboratum?

IV. *Evangelici imposterum ad distinctionem antiquo-*

rum

rum Catholicorum vocabuntur Reformati Catholici, quibus etiam Pontifex Romanus in ipsa Civitate Romana propriam Ecclesiam velit concedere.

Si isti viro adhibenda fides, Evangelici, qui mutationibus delectantur, parati sunt cum novâ Religione, per Synodum semi-partitam recenter cudendam, & novum nomen assumere, ne videantur cum veteri nomine antiquam fidem resumere. Fictio de propria Ecclesia Romæ per Pontificem concedenda, Auctori suo est relinquenda. Sed in quem finem propria Ecclesia istis Reformatis Catholicis est assignanda, si unitas religionis per illam synodum sit introducenda? ita nihil cohæret in in hoc scripto, ut Auctor Art. 2. det synodo decisivam potestatem, quam art. 3. adimit; ut Auctor in præfatione agat de uniendis Lutheranis cum catholicis, quibus hoc art. 4. tribuit separatum exercitium. Hoc est, ponit Iudices, non iudices, habentes potestatem decidendi, & non habentes; ponit unitatem religionum, & non unitatem; ponit coniunctionem, & divisionem, destruens, quæ ædificavit.

V. Pontifex Romanus agnoscetur sub titulo summi sacerdotis, qui in rebus tractantis audiet reformatos Catholicos, è quibus habebit viros qualificatos tanquam intimos consiliarios Quæ ratio, ut Pontifiex Romanus agnoscatur sub titulo summi Sacerdotis totius Christianitatis, & non agnoscatur sub titulo summi Episcopi totius Christianitatis? Nũ quia Lutherani eliminatis Episcopis, destituti verâ ordinatione, destituti Missione, destituti potestate absolvendi, destituti verâ consecratione, hunc ipsum defectum agnoscerent, siquidẽ Pontifex diceretur summus Epis-

copus? Quæ adduntur de Consiliariis intimis, annumeranda sunt istius Auctoris fictionibus.

VI. *Qui in hanc vel illam Relidionem contumeliosè scribit, vel maledicit, à tota Christianitate conteretur.*

Ergò manebit diversa hinc, inde religio, manebunt diversæ hinc inde sententiæ: nec enim potest dici hæc vel illa Religio, nisi sint diversæ Religiones; non possunt proferri contumeliæ in hanc vel illam Religionem, nisi sint diversæ sententiæ. Consequenter non erit unio Religionum, sed tantum mutua tolerantia, qualem inter Calvinistas & Lutheranos sæpè tentatam esse omnibus constat. At verò si mansuræ sint diversæ Religiones, diversæ sententiæ, quid faciat illa synodus semi-partita? quid Assessores præstantes Iuramentum calumniæ, quibus proponetur pœna temerè litigantium? Ad quid potestas eorum examinandi Pontificium breviarium, & Augustanam Confessionem de Articulo in Articulum? ad quid obligatio acceptandi eorum decisiones? si vel gutta sangvinis humani in isto Auctore superesset, de talibus fictionibus, sub nominibus magnorum Principum venditatis, totus erubesceret.

VII. *Cæna Domini sub utraq; specie distribuetur & administrabitur tam apud antiquos Catholicos, quam apud Reformatos Catholicos, liberumq; erit antiquis Catholicis apud alteram partem cœnam recipere, quia neutra pars alteram à suis provinciis eliminabit.*

Hic iterum agitur de diversis partibns, Quid de cõmunione sub utraque specie indulgenda olim actum sit historiæ testantur. Cõmunionẽ mandante Ecclesia sub utraq; specie ad ministrari posse nemo negat, sed non po-

rest

rest Ecclesia comunionẽ sub una specie, iuxta scripturas, & antiquæ Ecclesiæ praxin licitam condemnare, vel ut contrariam præcepto divino reiicere. Magna scilicet gratiá præstatur Catholicis, quod jis liceat Cœnam apud Lutheranos recipere, apud quos non agnoscunt Cœnã nisi profanam, quod ministri Lutherani verâ ordinatione & potestate consecrandi destituantur.

VIII. *Quantum ad Confessionem auricularem plurimi respiciunt voces Hispanorum & Italorum, quapropter in istis provinciis servabitur, donec in negotio Religionis conveniatur, & tunc posset abrogari. Qui tamen conscientiam suam sentit gravatam, potest ea uti.*

Patescit iterato mutua tolerantia, sed iniquissima, ut quæ Catholicos dividat, qui in prima unitate persistẽtes, omne schisma, cum scripturis sacris & orthodoxa antiquitate abominantur. Confessio tàm planum, tàm apertum habet in S. Scriptura fundamentum, ut nec præcipui Lutherani eam volverint abrogatam, quidquid Calvinisantes Lutherani in variis locis hucusq; fecerint.

IX. *Quindecim diebus ante Pascha homines sani à carnibus abstinebunt, ut commodius passionem Domini recogitent.*

Est hæc aliqua recognitio, quod abstinentia serviat ad vacandum pietati. Cœterum cur tota quadragesimâ, cuius antiquissima est observantia, nõ abstineatur?

X. *Super invocatione Sanctorum transigetur, resq; in eum statum dirigetur in quo fuit tempore Patrum primitivæ Ecclesiæ.*

Transigere de credendis, nunquam licuit, nunquã licebit. Statuit Ecclesia invocationem Sanctorum esse

licitam & utilem; quod & Patres primitivæ Ecclesiæ tenuerunt. De praxi invocationis sanctorum nulla potest esse difficultas, scientibus Ecclesiæ nostræ disciplinam.

XI. *Apud processiones & exequias habebuntur cantiones notæ Germaniæ, & loco Missæ habebuntur preces horariæ, ut omnipotenti Deo gratiæ agantur pro acceptis beneficiis.*

Cantiones Germanicæ in multis processionibus apud nos adhibentur: in exequiis servatur disciplina in Agendis præscripta. Missam statuit Auctor abrogandam, qui art. 3. volebat super ea inter partes transigi. (tàm probè sibi constat) quamvis & ibi votum suum de abroganda Missa satis prodat. Num instructus ab eodem tenebroso Magistro, qui cum Luthero de abroganda Missâ per noctem disputavit?

XII. *De Purgatorio unicuiq; liberum erit tenere & credere quod voluerit: res tamen examinabitur ad fundamentũ S. Scripturæ.* Purgatorium esse, tenemus cum S. scripturâ & Orthodoxa antiquitate; nec unicuique post rem probatã, & definitam, relinquenda est libertas credendi, ut voluerit.

XIII. *Episcopis & sacerdotibus matrimonium permittetur, non tamen Monachis & Monialibus.*

Si licitum est Monachis & Monialibus matrimoniũ non permittere; cur vetitum sit, Episcopis & sacerdotibus matrimonium non permittere? Consideret iste quomodo statuatur in concilio Chalcedonensi, anathemate feriendos esse Monachos prætensa Matrimonia ineuntes: cum enim illud concilium acceptent Lutherani, necesse est, ut agnoscant, per prætensum Lutheri Monachi matrimonium, rem suam ab anathemate habuisse initium.

XIV

XIV. Liberum erit Reformatis Catholicis, sive sint Principes, Comites, Domini, sive Civitates Imperiales, habere proprium Episcopum, seu Superintendentem, qui Præses sit respectu aliorum Ecclesiasticorum: si tamen graviores quæstiones orirentur, Papæ iudicium desuper requireretur, at sine præiudicio propriæ libertatis.

Operę-pretium fecisset Auctor, si explicasset qualiter instituendi essent tales Episcopi, Inspectores, Præsides, neq; enim sufficit fingere Episcopum sine ordinatione, qualem apud omnes totius orbis christianos (exceptis Lutheranis, Calvinistis, aliisq; Europæis) observari, testis Locuples est Morinus.

XV. Calvinistæ quia graviter erant in Articulis de fœdere gratiæ de S. Cœna de persona Christi, non possunt ad hanc unionem admitti, nisi meliores & magis Christianas cogitationes assumpserint.

Sicut Lutherani, præ Calvinistis in quibusdam magis accedunt ad veritatem catholicam; Ita Calvinistæ, præ Lutheranis in quibusdam magis accedunt ad veritatem Catholicam, Reformati in Anglia, inter quos nuper scripsit Gnlielmus Forbesins, â pluribus annis adeò appropinquant ad fidem Catholicam, ut de integra tandē futurâ unione cum Catholicis non sit desperandum. Sed quomodo Auctor hoc loco excludit Calvinistas; qui in præfatione fingit Principem Hassiæ pro ea unione operam suam velle impendere? An se suisq; exclusis solicitus erit de unione Lutheranorum cum Catholicis?

XVI. Et quamvis Ecclesia Græca in Articulo de persona Spiritus Sancti præcisè erret, eumq; errorem necdum velit agnoscere, nō potest tamen à tota Christianitate excludi. Quocirca

circa Catholici, Reformati Catholici, & Augustanæ confeßioni addicti, cum Græca Ecclesia, quoniam in punctis fundamentalibus conveniunt, possunt dici tota Christianitas.

Multos præcipuosq; Græcos non errare in Articulo de persona Spiritus Sancti, docuit Leo Allatius: multos etiam hucusq; in eo errare, non est ambiguum. Si cũ pari errore, nisi correcto, nemo admissus est ad Comunionẽ Eccsesiæ Catholicæ, tẽpore primitivæ Ecclesiæ; quo fundamento nunc statuuntur admittendi Greci cũ tali errore non correcto? Num quia conveniunt in articulis fundamentalibus? sed quo iudice in illis conveniunt, qui veritati & definitioni Ecclesię apertè reluctantur?

XVII. Tandem S. scriptura, in his Religionis Controversiis tanquam fundamentum & iudex habebitur, sine interpretationibus, & articuli purè & nudè fundabuntur in textibus Biblicis, qui textus desumentur ex antiquis Patribus primæ Ecclesiæ & 72. interpretibus. Eum in finem prædicti viri inpartiales revidebunt & curabunt imprimi nova Biblia, iuxta fundamentum Hebraicum, Syriacum, Arabicum, Chaldaicum, Græcum, & manuscriptorum primorum patrum, & Bibliorum. Et in hoc puncto. Bibliorum non habebitur respectus papæ, neq; quod errare non poßit, sed habebitur ut uir Ecclesiasticus super omnes Ecclesiasticos, cuius Consiliarii ex utraq; religione assumentur, qui inter se convenient uti Aßessores Spirenses, & in gravibus Conscientiæ quæstionibus scripturam sequentur.

Mirum est, quod Auctor ille S. Scripturam ponat Controversiarum iudicem, sine explicationibus: sed non poterat iuxtà rectam rationem reiicere interpretatio-

nes SS. Patrum, nisi quaslibet interpretationes eliminaret. Maluit autem omnes interpretationes removere, quàm interpretationi SS. Patrum se submittere. Ideò voluit articulos fidei, pure & nude fundari in textibus Biblicis. Quod quidem si fecerit, inveniet nullum esse in tota Confessione Augustana articulum controversum, quem in puro & nudo textu Biblico valeat fundare: & sic perspicet, nullam fuisse causam legitimam, cur Lutherani, deserta cōmunione Catholicâ erigerent privata Conventicula, & totam Germaniam exitialibus replerent dissidiis. Quod addit de nova editione Bibliorum, credo ipsum seriò scribere, postquam Lutherani nulla sua Biblia ęstimant authentica. Cętera fere coincidunt cum pręcedentibus, nihil repeto.

Et hęc quidem sunt ab authore illo temere conficta, inconsideratè proposita; superest ut Ill.mæ D. V. breviter explicem, quâ viâ, quomodo existimem in negotio tollendę divisionis, sive Lutheranę, sive Reformatę esse procedēdū; in quo si quid utiliter dixero, ad eum referatur, â quo omne datum optimū, & omne donū perfectum descendit: si autem in aliquo videar aberrare, meliora suggerenti ea humilitate obsequar, qua decet eius servum, qui in humilitate serviens, formā nobis, quam sequeremur, benignitatis & mansuetudinis dignatus est relinquere. Si experientiæ rerum Magistræ, deferendum est, non est hæc res inchoanda per publicos tractatus, ad quos plures ex utraq; parte conveniunt; quod viderimus eiusmodi tractatus exigo, vel nullo fructu esse terminatos. Non inquiro, unde factum sit, quod isti tractatus sperato effectu caruerint; sufficit caruisse,

ut alia via res agatur. Multa inconvenientia prævenirentur, si duo principes, alter Catholicus, alter Lutheranus, vel Reformatus, singuli virum deligerent, quem scirent pacificum, modestum, benignum, & in controversijs fidei exercitatum, quibus iniungerent, ut per amicas literas inter se de tollenda separatione deliberarent, nec alter alteri ullas literas mitteret, nisi antecedenter vel ab ipso Principe, vel ad ipsius mandatum examinatas, ne quid fortè continerent, unde charitas offenderetur, vel ad rem propius non accederetur.

Non alia materia tractanda est, nisi ut schisma tollatur. hæc autem alia via tractari non potest, nisi ut videatur, sitne Catholica vera Ecclesia, an verò Lutherana vel Reformata. Si enim Catholica Ecclesia est vera, necesse est ut Lutherani, vel Reformati redant ad nos: sin autem Lutherana, vel Reformata Ecclesia est vera, necesse est ut transeamus ad illos. Lutherani, & Reformati, quorum maiores fuerunt in unitate, & Communione Ecclesiæ Catholicæ, dicentes eam defecisse, negarunt Catholicam esse veram Ecclesiã, & ab ea exeuntes, erexerunt privatos conventus, quorum alii appellantur Lutheranorum, alii Reformatorum. si rectè dixerunt Lutherani & reformati, Catholicam defecisse, & non esse amplius veram Ecclesiam, in qua fideles viventes iuxta Doctrinã Generalium Conciliorum, nequeant salvari, necesse est ut omnes Catholici exeant à Catholica, atq; inde inquirant Veram Ecclesiã, ad quam transeant. Si autem male dixerunt Lutherani & Reformati, Catholicam defecisse, & non esse amplius veram Ecclesiam, necesse est ut

sub-

sublatâ divisione ad priorem unitatem & Comunionem Catholicam revertantur.

Vna Igitur sola quæstio tractanda est; An Lutherani vel Reformati habuerint iustam causam separationis ab unitate & Comunione Ecclesiæ Catholicæ? si habuerint iustam causam separationis, manifestum est, cur nequeant esse Catholici, quamvis necdum per hoc manifestum sit, cur malint esse Lutherani, quam Reformati, vel Reformati, quàm Lutherani. Sin autem non habuerint iustam causam separationis, eo ipso tenentur redire ad unitatem Catholicam, qua non inveniunt aliam priorem Veram.

Vt examinetur ea quæstio; An Lutherani, vel Reformati habuerint iustam causam separationis? non est proponenda nisi una sola causa: eaq; examinata, veniendum est ad secundam, tertiam, & sic deinceps, ne per multitudinem sequatur confusio.

Causa separationis alleganda, debet esse necessaria, iuxta doctrinam Lutheranorum vel Reformatorum, & iuxta veritatem scripturæ Sacræ. Ratio est, quia non agitur de particulari sententia huius, vel illius Doctoris, sed de sententia comunionis Lutheranæ, vel Reformatæ, ideoq; oportet ut causa alleganda sit necessaria ex sententia Ecclesiæ Lutheranæ vel Reformatæ. quod eiusmodi causa probanda sit ex scripturâ, negari non potest.

Quæcunq; igitur causa separationis alleganda non fuerit necessaria ex sententia Ecclesiæ Lutheranæ, vel reformatæ, non erit iusta causa divisionis. Quæcunq;

etiam causa separationis alleganda non fuerit necessaria iuxta veritatem scripturarum, reiicienda erit â iustis causis divisionis. Ita omnes controversiæ in arctum rediguntur, & siquidem illa via teneatur, nihil dubito, quin pacifica, & modesta tractatio multorum oculos aperiat. Examinata autem isto modo separationis causâ quomodo ulterius procedendum existimem, Illma. D. V. Deo volente posthac explicabo, quantũvis alii magis exercitati, magisq; â Deo illuminati, meliora fortassis sint allaturi.

FINIS.



1. Pax pax polono-suecica Olivæ d. 3 Maji 1660
2 pax Germano-suecica Monasterii Westphalor. d. 24 Jan. 1648.
3 pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariæ ortu etc Petri de Reva 1652



